Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8261
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quasi malagina et imposita
mox ossa fracta de corpore e-
dunt et lapides extrahet. Et
legis eam mense Iunio et Iulio.

Se. nomen herbe Satirion.

Satirion Alij ginos di-
cunt. Alij eotaticon Alij
exiton vocant. Omoeos
tinotoron Alij serapias Romani
priapiscus Siculi orchis Alij tes-
ticuli leporis Egipcij neme vo-
cant. Galli vran dicunt. Nasci-
tur in locis solidis et
pratis et maritimis. Legis
eam mense Iunio et Iulio. Ad
vlnera difficilia vel cicatrices
herbe priapisci radix tunsa et
imposita vlnera expurgat
et cicatrices curat. Ad lippitudi-
nem oculorum. Herbe priapisci
radicem succo cum melle optimo
inungens et lippitudinem et do-
lores tollit sine mora. Si quis
mulierem non potit affertare.
Herbe priapisci radicem, sed
et testiculum dexterum quod maior
est teris cum piperis granis
.xlvii. ut in se habeat dimi-
dia seminuntia, et herba sup-
dictam, et mellis vncias .iij.
in vino optimo meditamentum
solius pondere scrupul' nouem
et per triduum sumptis, ad mulie-
rem affertabitur continuo.

O nomen herbe gentiana.

Gentiana Omoeos album
gallicum, prunici dicunt
gentianam. Alij mispro-
mon. Alij dardanon. Tusci
eam vocant aloitis. Romani
etiam gentianam dicunt. Siculi to-
mirialem vocant. Nascitur gemel-
lis motibus. Het herba ad
omnia antidota mittit. tactu
molli, gustu amara, caput
habet solidum. Ad serpentium morsu

herbe gentiane radicem siccam
et in pulverem redactam pondere
.ʒ. dabis in vini ciatis tribus
potui validissime proderit.

Ffant et auras malas.

Si dederis ut supra potum
miraberis vtilem gentiane.

O nomen herbe ciclaminos.

Ciclaminos. i. malum
terre, Omoeos teseron
Alij Antion Alij tasso
fillos Alij thedion. Zoroastres
chaeliena Alij stimpiates di-
cunt. Alij hostanes phete
aspebet. Tusci marhalpa vo-
cant. Egipcij palalia dicunt.
Alij terre malum dicunt. Alij sci-
latim orbicularis. Alij rapum
terre. Alij rapum portinum. Gre-
ci elargia dicunt. Nascitur in
locis cultis et motuosis. Ad
caput purgandum. Herbe
orbicularis sumi tyratocymo
cum acreto optimo. naribus i-
funde mirabiliter sanatur.
Ad alveum continandum. Herba
orbicularis colliricum fictum et
sectum naturtium est. Ad spleis
dolorem. Herbe orbicularis succo
cyatum vnum, et acreti optimi co-
clearia quinque, diebus continuis
nouem, potui dabis mirabeis
effectum bonum. Item contra
dolorem spleris, radix eius collo
suspensa, ita ut contingat splenem
pendat efficaciter medetur.
Nam et ciclamus succo si quis
annum tetigerit mira celeri-
tate effectum eius experietur.

Nomen herbe proserpinacia. Corrigiola idem est.

Proserpinacia a grecis
dicitur poligonos. Alij
dicunt poligonatos. Alij
vocant asplantion. Alij politur